


na
aha






Hung. VI 6

207









Ung VI 6

Componendum cura,
vit fieri sumibus
Petrus Madacs
A. 1762. h. t. re
Bibliothecarius,
& quidem, ut tum e,
rant tempora, ingenti
pretio.

hab. III. 2987

68

VADE PROSPERUM

V I R O

Nobilissimo, Praecllentissimo & Amplissimo

DN. MATTHÆO

PALUMBINI,

PHIL. MAGISTRO & MEDICINÆ Dd.

meritissimo,

Postquam Honoribus Doctoralibus

ab Incluta Facultate Medica

In florentissima Universitate Jenensi

auctus ornatusque

In Patriam, quæ Hungaria est,

Redux fieret,

à Pari Fratrum Germanorum

& cæteris Conterraneis in Illustri Salana stu-

diorum gratiâ degentibus

acclamatum

FELICITER

Anno quo

oLIVa feLIX à PaLVMbe In Pannonlæ DefertVr oras.

J E N Æ,

Typis JOHANNIS JACOBI BAUHOFERI.





Matthaeus Palumbini Doctorandus.

ἀναγραμματιωεῖς:

Tunè dabis loto sudanti Pharmacum.

Evolotio

* * *



Tunè dabis loto sudanti φάρμακον? alget
ægrotus graviter febricitatque nimis.
Nam si *lotus* is est, cur toto corpore *su-*
det?

Hâc Curâ medicâ debilitatur homo.
Omne nocet nimium, medicamina plurima corpus
enervant; Medicum provida Cura decet.
Principiis obstet, serò Medicina paratur,
cum Mala per longas invaluere Moras.
Sin verò Morbus radices egerit altas,
Pharmaca nonnè ægro fortia danda forent?
Sic ubi desperata Salus, contraria (α) sæpè
Pharmaca letali sunt adhibenda Malo.
Et duplicanda δόσις, Medicorum prodiga Praxis
sic docet, & λόγος & πείρα subacta probat.
Curârunt Veteres langventia Corpora lotu:
Est incredibilis, credito, vis in aqua.
Sique venenatus quenquam malè læsit (β) ocellus,
Fontibus hausta recens corrigit Unda Malum.
Dèin sudare juvat: Sudor gravis egerit ægro
Corpore, crede, Malum pestiferamque Luem,
Ipse

Ipse ego (γ) sanavi contagia tetra lavando,
 Effluxitque putri Vomica foeda Tabo.
Tu nè dabis lota sudanti φάρμακον? alget
 Patria, quam graviter vexat utrinque Lues.
 Hungariam adfligit miseram Contagio duplex:
 Inquinat hæc Corpus, (δ) corripit illa Animam. (ϵ)
 Archiater summus, JESUS, curabit utramque
 Ejus enim non est abbreviata Manus.
Ipse dabit lota sudanti Pharmaca Menti,
 nec Corpus certâ negliget almus ope.
 Est ipsi, quam nemo tenet, Panacæa probata, (ζ)
 Hanc DEUS in Chymica præparat ipse sacra. (η)
 Unica sufficeret stillantis Gutta Cruoris: (θ)
 Est deprompta tamen Guttula quina mihi. (ι)
 Hæc Sacra præbetur patulas Medicina per Aures,
 Et citò Cor penetrat, quò renovetur Homo.
 Dignus es ergo utriusque fuas ut DOCTOR in orbe,
 Clare PALUMBINI, gnarus utramque colis.
Tu nè dabis PATRIÆ sudanti Pharmaca lota?
 Annon est eadem cœlica CURA DEI?
 Christjanos nam Dia lavat Baptismatis Unda,
 Deïn sudare docet fervida flamma Crucis.

(α) Juxta Medicorum Axioma: Contraria Contrariis curantur. No-
 veram olim Medicum, qui ferè omnes suas Curas per contraria felicissimè
 instituit, ceteris Medicis eundem acerbè criminantibus, quos ille falsè de-
 risit, dicendo: Quomodocunque curo, dummodò feliciter curo; ego crimi-
 nationes Malevolorum non curo.

(β) Venenatus malè læsit ocellus: alludo ad illum Virgiliti notissi-
 mum Versum. Nescio quis teneros oculos fascinat agnos? Quid de hæc
 fascina-

fascinatione statuendum sit, nondum constat. Mihi certè omnibus illis Libellis & disputationibus de Fascinatione editis, quotquot mihi legere obiigit, nec dum satisfactum est. Ego mihi sanè nunquam talem fascinationem persuaderi passus sum. In Superiore Hungaria incolæ Germani fascinare vocant *Beruffen*: Das Kind sey beruffen: In Inferiore Hungaria vocant: *verschreyen*: Das Kind sey verschriegen. In Austria: Böse Augen haben dem Kinde geschadet. Nominatissimus quidam Medicus, ut mihi persuaderet hanc fabulam, his rationibus usus est: Sunt homines quidam Saturnino sidere nati, qui venenatos planè ex oculis radios emittunt, qui se quasi insensibiliter aliorum oculis conspectis insinuant, & ad Cor usque penetrant &c. Hinc fit, ut fascinati infantes, imò & adulti ingentem sentiant languorem: Es fallen ihre Augenlieder zu / und sincken ihre Hände und Füße: Und wenn Sie nicht zu rechter Zeit abgewaschen werden / die darzu gewöhnet sind / sihet man Sie innerhalb 24. Stunden Todt. Ich weiß viel Exempel derer / die ihnen ein Gewissen hierüber gemacht / und ihre Kinder nicht wolten waschen lassen; die ich nicht nenne / denn ich mußte einen nennen / der sich selbst bekennet; Denen etliche Kinder daran gestorben. Ita non tantum eâ fini recenseo, ut noster MEDICUS sciat, se cum Mulierculis magnas habiturum tricas, quò præmunire se possit rationibus; Verùm ut CURIOSI NATURÆ INDAGATORES & Inclytum S. R. I. COLLEGIUM ansam habeat ulteriorem & occasionem hac secreta investigandi penitiùs, quæ veteres occultarum Qualitatum Peplò involverunt.

(γ) Ipse ego sanavi contagia tetra lavando. i. e. In me ipso hæc Cura adhibita fuit. h. m. Anno 1638. Ego Puer quatuordecim annorum existens, à Parentibus addidiscendæ Linguae Hungaricæ causâ Rosnavviam emissus sum. Eodem Anno circa Festum Jacobi Pestis ibidem grassari cœpit, quâ & ego mox infectus fui. Id animadvertens Hospes meus, Chirurgus Hungaricus, Barbely Janos dictus, cujus convicia fruebar, eduxit me extra Civitatem, & fluvium Saio exutis vestibibus ingredi jussit, quin ut motus lateris natarem, exhortatus est, quò ipsò nimis sui defatigatus. Ipse in ripa fluminis consedit, & egressum meum prohibuit, nil motus precibus meis, donec vires planè deficerent; tandem fessum & propè semianimem me extraxit, & adhibito instrumento Ulcus in Summitate pedis dextri aperuit, purulentamque Materiam in magna Copia fluentem prorsus expressit, in domum suam reductum sudare jussit, ulceri leporiam adipem adhibuit, & intra triduum restituit. Et plures alios pueros ita curatos vidi. Hoc est, *loto sudanti dare Pharmacum*. Sed & alias Curas longe duriores inter Hungaros

garos Pestis tempore observavi, quas huc adscribere prolixum foret, eas vero Præclariss. & Excell. Domino DOCTORANDO oretenus commemorabo.

(d) *Quæ corpus inquinat, pestifera Lues est.* Ea verò nunc, dum hæc scribo, Hungariam nostram adeò infestat affligitque, ut si literis Amicorum fides adhibenda, Posonii 8000. In reliquis superioris Hung. Civitatibus plusquam dimidia Civium pars peste extincta: Pleraque oppida, & inter hoc Veterosolium, plurimi pagi, villa & vici planè evacuati dicantur.

(e) *Quæ animam corripit, Persecutio crudelis est Pontificiorum,* quæ non permittit, ut morituris Animæ Curatores & Medici Spirituales adsint. O Crudelitatem inauditam! DEUS misereatur afflictorum & mittat desuper Auxilium!

(ζ) *Panacæa probata, est verbum Dei sanans omnia Sap. XVI, 12.*

(η) *Chymica Sacra est operatio Spiritus Sancti per verbum & flammam cœlestem.*

(θ) *Unica sufficeret, stillantis Gutta Cruoris.* Cœlestis iste Chemicus in liquido exhibet Panacæam: Christi sanguinem, qui emundat nos ab omni peccato. De quo Ecclesia canit: Dein Blut der edle Saft / hat solche Stärck und Krofft / daß auch ein Tröpflein kleine die ganze Welt kan reine. Ja gar aus Teuffels Rachen frey loß und ledig machen.

(ι) *Est deprompta tamen Guttula quina mihi.* Alludo ad Concionem à me d. 24. Septembris nuper in Templo Parochiali habitam, ex Pentalogicâ Evangelii Dominicalis XIV. Trin. clausula: Dein Glaube hat dir geholfen. Ex quâ proposui Panacæam Spiritualem quinque Guttularum Evangelicarum, ἡ πίστις σε σώσει. Sed hæc propediem, si DEUS voluerit & vires vitamque concesserit, lucem videbit, & afflictis nostris popularibus in solatium mittetur, quosinterea meo nomine salutet ac soletur. Scrib. ἀποχεδῖως τοῖς συμπατριωταῖς ἡμῶν συμπόρων, Tibi verò Præcellentissime DOCTORANDÈ Fautor & Amice dilectæ, integerrime, de collatis honoribus MEDICIS & felici in Patriam reditu συγχαίρων. JENÆ d. XIV. Octob. A. O. R. cl̄s l̄c LXXIX. ὄσος ὁ σός.

M. Daniel Kleschius, P. L. Cæs. SS. Theol. Baccal. antidhâc Eccl. Olasf. in Hung. Antistes, Insp. & Consist. Asf. Prim. jam ob Exilium Scholæ Jen. Sen. Red.

meo & Fratris mei

M. Christophori Kleschii, P. L. Cæs. antidhâc Eccles. Georgiomontanae in Hung. Pastoris & Consist. XXIV, Regalium Notarii, heu Exulis & Hospitis in Academ. Jenensi, nunc absentis, Nomine.

Temperiem pelagi fluctus commendat & æstus,
Emicat ex duris sic quoque major honor.
Hic lusus fortunæ in Te; nam gloria major,
Quam Tibi difficilis cura laborque dedit.
Gratulor inde Tibi signans mea gaudia verbis,
Et simul ex animo vota capeſſo pia.
Felicem jubeat patriam Te cernere Jova,
Ac ſemper felix ſit *Medicina* Tibi.

*Cum voto exoptata prosperitatis
ſcribeb.*

Leopoldus Artner.

Ito bonis avibus! Phæbo Sacrate PALUMBE,
Et Patriæ trifti gaudia mille refer.
Adfer Pæomias Artes, ſer celfa Brabéa
Quæis doctum cinxit florida Jena caput.
Peſtiferis ſer opem. Sacram peſtem DEUS ipſe
Tollat, & a noſtro limite peſtis eat.

*Ita novis honoribus & felici Diſceſſui
Nob. & Pracl. Dni. Dd. animicus
applaudebat*

Chriſtophorus Daniel Kleſch.
Hung. LL. Stud.

Cui geminatur Honor? geminâ qui militat arte
Huic geminum geminâ ſurgit ab arte decus.
Militiæ labor iſte tuæ ſua præmia poſcit
Conveniunt tanto tanta brabéa Viro.

Non

Non tuus erubuit fervor, non incluta virtus,
Haecenus exili delituisse modò.
Non Patriæ funus, non contaminata sepulcra,
Non facies belli, non gravis ense Geta
Fregerunt animum, quia non majora tulisset
Robora, tam vastus num sine fruge labor?
Quem Phœbus dederat, geminavit Apollo decorem,
In laudes virtus ingeniosa tuas.
Luxuriant votis pia carmina, dant bona verba,
Cur non & liceat luxuriare mihi?
Gratulor! officii pignus constantis habeto.
Hoc, quid in exiguo si lubet, orbe, leges.

Officiosa manus & mens

J. C. Plankenaueri.

Vidit ut impensis studiis, omnemque perosum
Defidiam, Phœbus *TE* sua castra sequi,
Exacto patriâ, postquam subeunda fuere
Ardua non uno fata labore *TIBI*;
Præmia confestim meditatus idonea multo
Sudori, meus hic quid moror? inquit, erit,
Purpureosque habitus fronti, dibaphumque colorem
Addit, & auspicio nobiliore beat.
Inde novis adeò titulis congaudeo. Perge
Optatam patriæ ferre salutis opem!
Quod reliquum: sacer ipse viæ comes angelus adstet,
Neve pedi infestus sit mora tarda lapis.

Ita

NOB. & PRÆCL. DN. DOCTORANDI

*Honoribus novellis gratulari, pièque abituri-
entem voto prosequi voluit*

Matthæus Reutter. LL. Stud.

Semina qui properas morbi delere nefandi
Seminecesque orci, faucibus eripere,
Hinc flos immarcescibilis Tibi surget Honoris
Lambetqve ingenuas digna corona comas.
Ecce! paramus eam, quæ fulgida tempora cingat
Teqve artemqve tuam fama loquatur anus.

*Hæc pauca, debita observantia ergo, Præceptori
suo atatem colendo, pia mente
apposuit*

Johannes Scholastici, SS. Th. St.
Thurociò - Hungar.

Romanas quondam vitia verat atra pestis auras,
Annusque multos lethifer necavit.
Tum valuere nihil tentamina quælibet Medentum
Majus *venenum pharmacis obortum.*
Vana Superstitio Delphos ruit, ad petenda Phœbi
Responsa, pestem finiat, precatur.
En mox Romulidas adytis Deus increpat profundis,
Jubetque Nati dexteram precari.
Littora jussi adeunt Epidauria, Dæmonisque vultus
Dracone tectos navibus reportant.
Ut raperet Titulum Dis Numinis, *omne pellit Urbe
Virus, relicto in mentibus veneno.*
Est hæc, est Patriæ fors aspera, quæ fuit Quiritum:
Vastatur irâ *Martis atque Mortis.*
Non tamen hic Phœbi, nec quæritur ars profana Ditis,
Ne peste pestis diva pelleretur.
Est Opifex præsens Coelo Deus, hujus ora cuncti
Pie precantur: Suscipit querelas.

Mit.



Mittitur auxilio Vir Pœone dignior celebri
Opem daturus dexterâ potente.
Plaude PALUMBINI! Te sic Deus ornat, ut Penates
Juves Paternos. Tu beabis ægros:
Tu prædam Letho eripies celer, & medendo pelles
Morbi labores, ac metus acerbos.
Jôva Salutiferum Te præbent, ut *secunda fiat,*
Quæ prima fiet cura morbidorum.
Ifelix! tandem Patriam pete, quâ nec ullus ager
Fiet, nec ullum quaferet Medentem.

Hiscæ Excell. atque Nobil. Dn. Matthæo Palumbini,
summos in Medic. Facultate honores capienti,
Fautori suo jugiter observando
applaudit,

Emericus Fridvaldsky, Hung.
in Illust. Sal. Theol. ac Phil. Stud.

Patria poscit opem, sic langvida, suspirando:
Quis mihi det docta Pharmaca mixta manu?
I, precor! I, felix mitrâ redimite Palumbes!
Adfer opem Patriæ: Patria poscit opem.

Scribebat Nob. Dn. Dd. ætate ædificos
jam jam itineri accinctus
in Hungariam

Michael. Roth. Epper. N. H.

Res odiosa nimis morbus qui corpora vexat;
Qui sanat Medicus res pretiosa nimis
Alma salus fecit pretium: est hæc carior auro;
Charior hinc auro fit simul & Medicus

B

Hoc



Hoc tamen est auri Medici & discrimen in Orbe
Hic perdit pretium; fulva metalla tenent.
Dignior est auro dum spem facit ille salutis;
Vilior est plumbo dum reparata salus.
Tuque Machaoniam dum faustiter excolis artem,
Dic, cujus Pretio dignior esse cupis?
Re velut inferior spes est promissa salutis;
Sic aurum plumbo, vilius esse putes.

*Ita Praecellentis atque Nobilissimi Domini MATTHAEI
PALUMBINI, Medicinae Dd. meritis
honestis excipit*

Sigismundus Berthothy,
de Berthot N. H.

S EYN Glück und stetes Wohlergehen
Mag ich / (mein Gönner glaube sicherlich) /
So gerne als mein eignes sehen;
Er schliesse nun von selbst: wie werden sich
Ergözen meine Geister und Gedanken
Ob Seinen Gang in Neuer: Ehren Schrancken.
Wie kunt' es fählen? ER hat immer
Gleich anfangs Tag für Tag SEYN anvertraut
Den wohlbelobten Weißheits: Zimmer;
Wie hat ER nebst SEYN andre aufferbaut
Mit Stagyrrens wohlgefaster Lehre/
Ich wüandsche Glück zu drauf erfolgter Ehre!
Blibs dann dabey? Ach nein. Die Zeiten
Die öfters uns die besten Rätthe seyn/
(Nächst deme / der sie pflegt zu leiten
Zu ihrem Lauff Dich Drey in Eins ich mein)
Die riethen JHM: was Aesculap gewieset
Das soll ER nachzusinnen sich erkiesen.

Ein

Ein guter Rath that wohl! und bringet
Ihm werther Gönner neue Süßigkeit!
ER höre / wie so gerne singet
Der Freunde Schaar zu sichrem Reiß - Geleit
Viel Segens - Wünsch' ER nehme ohn beschwerden
Auch meinen an. Kan ich bittseelig werden.

Kriegt Theophrast dort wie wir lesen *
Viel Gold und Ehr durch Biederwertigkeit
So soll auch Seine Müh genesen
Zu Ruhm und Ruh und Herz - Vergnügbarkeit.
Er reise wohl! Sein frommes Christen - Leben
Wird guten Ruch der grauen Nachwelt geben.

Den Neid / der sich in sich verzehret
Stäts überwinde seine Eitsamkeit/
ER weiß: daß keinen Neider ehret
Der Bücher Glück und Honigsüßigkeit.
Gott und ein Buch sind edle Zeit - Vertreiber/
Denn diese trösten unsre Seel und Leiber.

Ich werd in des beständig bleiben
(Bey meinem Aug.!) mein werther PARMER/
(Diß wolt ich noch zu letzte schreiben /)
Sein Freund. ER nehme willig hin:
Den treuen Abschieds - Kuß von meinen Lippen/
Er reise wohl durch Felder / Wälder / Klippen

So solte dem hochgeehrten Herrn Doctoranden zu bes
liebiger Genehmhaltung / glückwünd:
schend aus Jena begleiten

Ferdinand Dobner / von Dedenburg
aus Nieder - Ungarn B. R. B.

* Inter ceteros Scriptores in Ernesti Soneri Oratione, quæ Philosophiæ Al:
dorsinæ addita est, sub finem. Salmuth part. 2, in Panciroll. p. 140.
Thomas, de Plagio. p. 414. &c.

B 2

Pon-

Ponderibus dum Palma suis est pressa, refurgit:
Firmior & valido robore nixa manet.
Dum palmes crebris inciditur vitibus annon
Pampineas latè dividit ille comas?
Sic Tu dum premeris surgis: dum vulnera fumis
Fortior ad quævis aspera fata subis.
Sic Medicina aliis, Tua, sic Tibi cedere possit
Ut sanes fortis vulnera quæque Tuæ.

*Ita testatur Affectum suum Nobilissimo & Præcellentissimo
Dno. Doctorando successusque felicissimos
precatur*

Johannes Zacharides,
Montano-Neofoliensis.

En! dum mortiferò decumbit *Patria* morbò,
Et *Pestis* tradit corpora mille *Neci?*
Unus in occisæ *Patriæ* Solamen adesse
Festinas, ægris ferre paratus Opem.
I pede felici, medicamen *Fautor Amande,*
Confiliò validum, ferque referque Tuò.

*Paucis bisce, Clariss. Dominum Doctorandum cum prolixiori
Omnigena prosperitatis Voto felicissimique itineris appre-
catione comitari voluit*

Matthias Ruthgeb/Sempronio-Hung.
SS. Theol. Stud.

Ingenium, magnos cui virtus svadet honores,
Post alios tritâ negligit ire viâ.
Plus ultra è terris conatu ingente minatur,
Detrectatque hominis jura, capitque DEI.

Tale

Tale Tuum ingenium, felix Hermetis alumne, est,
Qui virtute cupis consolidare decus.
Non artes tantum; sed quicquid in artibus, arte est
Abstrusum, ingenio publicum, & arte facis.
Sic age: sic recta ad laudem; sic itur ad astra.
Virtuti clausum est; ingenioque nihil.

*Hæc Viro Præcellentissimo Domino Mattæo Palumbini, Med.
Licentiatò non sine adfectu cum voto incolumitatis ac
felices in arte Medicâ successus superaddere
placuit*

Georgio Grundel / Med. Stud.

Asfiduos pensare Deum se velle labores,
Exemplo proprio, Fautor amate, doces.
Lethifer Autumnus multis, Tibi donat honores;
Ut sic Exilium conferat Auxilium.
I precor, i felix Patriæ contagia pelle,
Sic labor impensus, Arteque partus Honos.

*Ita Nobilissimo Præclarissimoque Domino Doctorando Præceptori
atque Fautori suo æstumatissimo, in Patriam properanti,
dextrâ manu, nec affectu sinistro gratulabun-
dus adjecit*

Johannes Schnell / Olasf. Pann.
S.S. Theol. Cult.

Dannonis Ora Tibi gaude, quòd Teutona Tellus,
Extorres Patriâ Natos, ceu blandula Mater,
Amplexu refovens, variis Virtutibus auctos
Altius ire jubet, dignus quoque Honoribus ornat:

Theiologos veros, Præcones Altitonantis,
Astrææ Mystras, Æqui, Justique Ministros
Causidicos, Medicos, Sophiæ quoque Pignora clara,
Astrorum gnaros, callentes Jura Mathesis,
Historicos, Vates, Oratoresque disertos,
Atque Palæstritas, Architas Arte potentes,
Præparat, atque Tuis Venturis Usibus aptat.
Tu modò fac supplex Numen placabile reddas,
Transeat ut Pests, Bellum, cum mille periclis.
Quò valeas subolem sparsam per Climata mundi
Ad Patrios revocare Lares, propriosque Penates,
Sic Tibi Mentis Opes partas cum fœnore fundent.

Ecce PALUMBINI Podalyri fidus Amicus,
Pergratus Vatum Socius, Sociusque Sophorum,
Euclidi notus, notus quoque rite Luthero,
Salanis Musis nullo non tempore charus,
Cui meritò Summos Galenus cessit Honores,
Te mœstam errexisse cupit, morbisque mederi
Festinat. Cujus tantis DEUS annuat Ausis!

*Debita observantia ... ut in exolutur
apponebat*

L. M. Q.

Joh. Cantoris, Casâ Hung.

LL. Stud.

Wie? Steht noch Euer Schluß? Das Saal-Athen zu lassen/
Und unser Vaterland ist wider umzufassen?
O wohl des guten Sinn's! Preiswürdig ist der Rath/
Der Euch (ob schon sehr schwer) hierzu bewogen hat.

Reiß't

Reißt hin: Eu'r grosser Fleiß soll grossen Lohn empfangen/
Das Vaterland wird Euch mit voller Freud anhangen/
Und billich. Eilet fort; viel warten euer schon-
Empfangt vor Euern Schweiß den längst verdienten Lohn.
Der grosse Himmels-Hürst der woll Euch selbst geleiten
Auf dieser schweren Reiß/ daß Ihr nicht möget gleiten.
Ich wünsche dißmal Glück! Er wend ab alles Leid
Und gebe / daß Ihr Reich / Gesund / Glückselig seyd.

Und dieses wünschte seinem bisshero gewesenen Herrn
Præceptor, aniko aber der Medicinischen Facul-
tät wohlverdienten Herrn Doctorando
aus schuldiger Pflicht

Matthæus Stephani Diln.
S.S. Theol. Stud.

So erndtet Er vergnügt nach Arbeitvollen Stunden/
Nach unverdroßnem Schweiß die Ehren-Früchte ein;
Izt hat mit höchstem Ruhm der Lohn sich eingefunden/
Der höchste Ehren-Zweig; mit dem bekront muß seyn
Sein Weißheit reiffes Haupt: Nun laß mit Gnaden-Strahlen
Und hellem Glückes-Schein / diß edle Tugend-Bild/
Bey dieser neuen Ehr! O HIMMEL stets bemahlen;
Sey stets bey vollem Leid desselben Hülf und Schild

Mit diesen wenigen Zeilen gratulirte dem Herrn
Doctorando als seinem gewesenen Hn. Præce-
ptori, zu der neuen Ehre/ nebst wünschung/
glückseliger Reise

Pantaleon Lentnerus, Phil. Stud.

Jam subit illius lætissima lucis imago
Quâ TIBI supremum dat Medicina gradum.
Hi certè immeritò Tibi non tribuuntur honores
Doctoris titulo dignus es atque gradu.

Sci-

Scilicet ingenuâ doctrinæ laude redibis
Et patriæ tanges dulcia rura Tuæ.
I precor, i felix ô Doctorande Palumbes,
Et Patriæ sana languida membra Tuæ.

*Hæc pauca Nobilissimo Domino Doctorando, Fautori, Amico
atque Conterraneo precatur*

Johannes Armpruster. Nob.
Hung. de S. Georgio.

Remosque frustra velaque commovet:
Telam retexit Penelopes sine
Sudore splendidos honoris
Carpere discupiens racemos,
Palmamque victricem. Aurea sæcula
Ivere: Pluto non modò cuncta sunt
Permista: nec ceu Perseo jam
Omne fit id rosa quod placebat
Calcasæ quondam. Scilicet ARDUA
VIRTUTEM amicam fert VIA: gloria
Comitatur hanc fructu peramplo.
Dum quoque post medicos labores
Illustre Athenæum hoc Tua tempora
Honore cingit; lætor, & auguror
Quòd si polus favebit, usum
Centuplicem patriis in oris.

Apposuit

L. M. Q.

Martinus Clement.





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Umg. VI 6

ULB Halle

3

005 905 370



VD 77







habo III 2987

68

VADE PROSPERUM

V I R O

Nobilissimo, Praeclentissimo & Amplissimo

DN. MATTHÆO

PALUMBINI,

PHIL. MAGISTRO & MEDICINÆ Dd.

meritissimo,

Postquam Honoribus Doctoralibus

ab Incluta Facultate Medica

In florentissima Universitate Jenensi

auctus ornatusque

In Patriam, quæ Hungaria est,

Redux fieret,

à Pari Fratrum Germanorum

& cæteris Conterraneis in Illustri Salana studiorum gratiâ degentibus

acclamatum

FELICITER

Anno quo

oLIVa feLIX à PaLVMbe In Pannoniæ DefertVr oras.

J E N Æ,

Typis JOHANNIS JACOBI BAUHOFERI.